

EPISTOLA.

cedere videntur. Hoc ne fiat, vestrum est nobis-
cum prospicere: nec hominum sanctam illam vi-
te institutionem graue & durum iugum appel-
lantum querimonias audire. Hoc vestra atque
etiam paterna virtute dignum est. Hoc Deo gra-
tum. Hoc animis vestris salutare. Hoc vestrae
ciuitatis incolumenti (quam totam ex uno Deo
pendere agnoscitis) omnino & utile & necessa-
rium est. Ad quod ego quanto maximo possum a-
nimi affectu vos adhortor, Deumque ipsum per
unigenitum Filium suum, ut vobis eam men-
tem semper tribuat, ardentiissimis precibus ob-
secro. Ceterum hic Augustini libellus, quæque sunt
à nobis addita, à quot quantisque erroribus sit
vobis caendum, demonstrant. Continent enim
omnes penè hæreses, quæ à condito mundo, certè
à passo pro salute generis humani Domino nostro
Iesu Christo usque ad constitutum tum Papipi-
num, tum etiam Mahumetismum (quæ utra-
que est Apostasia à fide Christi uniuersalis) in
Ecclesia Deinatae sunt & grassatae. Alias enim,
quæ hæreses vocantur, quæque post illa tempora
dicuntur extitisse, tum quod partim hæreses non
fuerunt: tum etiam quod si quæ fuerint, earum
tantum, quas hic commemorauimus, interplo-
tationes & renovationes quedam esse apparent,
omisimus, quia crambé præfertim tam virulen-
ta, vel semel apposita nedum repetita, mors est.